



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Saxonia || Et || Metropolis || Alberti Crantzii || Historici  
Doctiss. Sacrae || Theologiæ & Iuris Canonici Doctoris |||  
celeberrimi, ac Ecclesiæ Ham-||burgensis quondam  
Decani**

**Krantz, Albert**

**Coloniae, 1574**

Capvt IIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11453**

dit, ut propè fuerit eos cum indignatione abituros. Se rex occurrit, & auditis perbenigne respondit: Rebus compositis, Berengarius manus filij sui Alberti manib[us] suis implicans, coram omni exercitu subiectionem reg profitetur. Ita dimissus cum pace & gratia, in Italia reuertitur. Ex regina autem nati sunt filij Otto, Henricus, Bruno: nouissimam peperit sui nominis filia heidam.

## CAPUT IIII.

**T**antam regis Ottonis felicitatē interpolauit plu quām ciuale bellum: quod ab alijs quoq[ue] iustis videbatur, causis erat conflatum. Ludolphus filius abiōtio patris secundū matrimoniu[m] odio habens, murmur inter milites frequentiora miscuit: & Conradum semper familiarissimū, ducem, regis generum, suorum, eadem flamma succendit: ad quem, sicut ad illum, successionis plenior spes peruenisset, si calib[us] peregrisset vitam. Ingrauescente indignatione, iam filius & gener apertam rebellionem regi ostenderunt. D simulabat diū rex: ac vbi pertinacia nullus est finis, dicit in eos expedito agmine: & vrbes illis parentes, avi, aut deditione, in suam redigit potestatem: coequi armato quantocunque maximē poterant exercitu intrare Moguntiam: ibi q[ui] statuerunt obsidionem perfere: quandō aperta cum rege acie decertare non aū nullum obsidioni firmorem locum prospexere. Pavata lachrymabilis obsidio patris in filium, socii in generi. Ciues vtrung[ue] offendere cauentes, diū sustinuere obsidionem. Crebra ad portas pugnae, nunquam iusta ac est decertatum. Ad sexagesimum diem extrahitur obsidio: tum mentio fiebat à ciuib[us] de pace: Inducie proclamat[ur]: vt securi in castra veniant qui inclusi ut nebul

nebantur  
securitati  
sternunt  
nia nihil  
nomina e  
malignan  
repentina  
authores  
se quære  
rijs. Cūn  
terim Eg  
persuasus  
exire ad  
rantur or  
frater era  
nulphi &  
suum esse  
bellantes  
& Arnul  
obsidere  
mentem  
set, solui  
Henrico  
mant ob  
sa multi  
admove  
yrbs fa  
interposi  
postul.



nebantur. Rex consobrinum suum obsidem dat futuræ securitatis. Venit filius cum genero, vestigüs regis pro sternuntur, veniam erratorum precantes. Rex de venia nihil dubitare iussos, monuit, voluitque dicerent nomina eorum, qui hoc belli inspirauerant consilium: ut malignantium in se odia cognosceret. Tanta fuit in ea reperimacia, ut prius infecta pace discederent, quam autores rebellionis nominarent: paratos aiebat omnia se quæ rex iussisset perpeti, tantum esset venia auxiliaris. Cum nihil ageretur, illi in urbem reuertuntur. Interim Egbertus regis consobrinus ab his qui intus erant persuasus, rebellionique consentiens, cum obses fuisset, exire ad regem recusabat. Continuandæ obsidionis parantur omnia: cum comites Henrici ducis Bauariae, qui frater erat regis, ab illo quoquè deficientes instinctu Arnulphi & fratrum, filiorum Arnoldi olim ducis, quod suum esse ducatum dicerent, in urbem contendunt rebellantes. Inde Rheni fluente transeuntes Ludolphus & Arnulphus, clam rege cum expeditis copijs, dum rex obsideret Moguntiam, illi Ratisponam nihil hostile timentem adoruntur, & capiunt. Quod cum rex audisset, soluta Moguntie obsidione, ad recuperandam pro Henrico fratre Ratisponam cōtendunt: ibi quoquè firmant obsidionem. Fortiter vtrinque pugnatur. Egressa multitudo ex vrbe, machinas oppugnat: nec patitur admoueri: Graue prælium inter obnitentes. Et cum vrbs fame cōpisset periclitari, Ludolphus regis filius interposita publica fide ad patrem egreditur, veniam postulans. Illo non renitente, tantum obedientiam pollicetur: & hoc recusauit, in urbem reversus. Durabat obsidio diebus quadraginta postea.

CAPVT

